

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

Ergo tantum hanc ob causam cupiamus vivere, ut
Deo seruire diutius possimus, ut Paulus Philipp. i. v. 24. &c.
ipsum & laudare, ut David, Psal. 118. v. 17.

F I N I S.

THEMA LXI.

Psalms. 89. v. 48. ad 50.

Memento quam breuis sit vita mea. Nunquid frustra omnes homines condidisti? Quis est qui vivit & non videat mortem? qui subducat animam suam de manu inferi?

D I S P O S I T I O

Tres sunt insigniores sententiae in his verbis praelectis,
1. quæ de vita hominum omnium: & 2. de studio hominum in vita: 3. & quæ tandem eriam de morte nos erudiunt. Vitam enim nostram breuissimam esse Psaltes asserti. Licet autem breuis sit vita, tamen non nihil agendum, sed sic vivendum, ut non videamur frustra esse à Deo creati. Interim de morte semper cogitandum: cum nemo sit qui illam possit effugere.

Hæc omnia licet sciamus, & præsentibus intueamur oculis, tamen interdum negliguntur: dum alii longam si-
bi pollicentur vitam: alii tibi tantum, adeoq; frustra nati sunt, alii mortis plane immemores sunt. Ideoque Spiritus sanctus nunquam cessat de his nos erudire, ut ambulemus corde sapienti, Psal. 90. v. 12. De tribus itaque huius Psalmi sententia iam ordine dicemus.

I. Pars.

Memento quam breuis sit vita mea. Hoc argumento David conatur Dominum exorare, ut parcat iphi, & gravioribus calamitatibus non exerceat, sed permitteat ipsum hoc breve vitæ spacium transfigere, in pace & tranquillitate.

Locvs. Etru quoque, Christiane, quisquis es, medimento quam breuis sit vita tua. Instar palmæ, Psal. 39. v. 7. Sicut custodia nocturna mille anni coram Deo , Psal. 90. v. 4. Et vita sicut umbra secedit, Psal. 144. v. 4. ut fumus abit, Psal. 102. v. 4. ut nebula discutietur, Sap. 2. v. 4. ut torrens transit, Psalm. 90. v. 5. Vide in Manuali appendicem Classis VI. ubi plurima talia annotata leguntur. Hęc scriptura toties inculcat, non sine causa.

1. Ut cum vita tam sit breuis, nobis non pollicearum moltos annos, & yana consilia agitemus. Cogitantes id, exiuit spiritus eius, Psal. 14. v. 4. Nicht anstħlāg für den Jüngsten Tag hinaus machen.

2. Non procrastinemus pignoritiam, Syr. 18. v. 22. & 5. v. 8 sed in diebus iuuentutis discamus agnoscere creatorem, Eccl. 12. v. 1. Josias puer quærit Dominum, 2. Par. 34. v. 2.

3. Non simus intenti bonis terrenis, nec colligamus in multis annos Luc. 12. v. 19. cum pauci sint anni vita, imo dies, Gen. 47. v. 9. & malū. Nihil enim efferendum, 1. Timoth. 6. v. 7. Si igitur hic sat habeamus, simus contenti, Syr. 26. v. 28. 1. Timo. 6. v. 8. Wir dürfen dort nichts weiter.

4. Quia tempus breue, bene collocandum (iuxta illud Col. 4. v. 5 Redimentes nō nō ēḡ, occasionem vel opportunitatem) nec intermittenda villa occasio 1. vel descendit ea , quæ ad salutem sunt necessaria: 2. vel quæ ad huius vitę sustentationem pertinent. Ars longa vita breuis dixerunt veteres. Ego disce puer, dum tempus habes, &c. 3. vel beneficiandi proximo, Quid Paulus urget, Gal. 6. v. 10.

II. Pars.

Quare frustra vis condidisse omnes homines? Hoc etiam argumento P̄saltes vult persuadere Deo, ut non in ira sua peccat ipsū, atq; alios fideles. Quia non creaverit homines , ut quam primum nati sunt, mox pereant, Do,

DOCEBT autem nos hic locus, viuendum sic, ne frustra videamus à Deo creati & hoc agendum, ut quia à Deo conditi sumus: ut in hac vita seruiamus Deo, & in officiis vocationis nostra Deum perpetuo cum omnibus Angelis celebremus, ratquam creatorem nostrum, 2. & ut post hanc vitam viuamus in æternum, Sapient. 2. versic. 23.

Hos duos fines multi non assequuntur, sed propria sua culpa. Et hi frustra conditi recte dicuntur.

1. Alii enim Deo non seruiunt, nec proximo: nec sibi ipsi etiam, (inutile illa scilicet terra pondera) qui tantum sibi nati esse volunt, nec inseruire Deo & proximo suis talentis, Ideoque dicuntur illa defodere, Matth. 25. v. 18. & 2. v.

De Bonis quedam bibulo, olim dixerunt ipsum natum fuisse non ut viuaret, sed ut biberet. Id de multis dici posset: qui fruges consumere nati, semper Bacchanalia viuunt.

2. Et de impiis omnibus vere dici potest, illos frustra conditos, quia scipios priuant & indignos faciant viras eternas, ad quam sunt conditi. Et certe latius foret ipsi, nunquam natos esse, Christo teste. Marc. 14. v. 21.

Demus itaq; operam, ut sic viuamus, utiles Deo & hominibus, ne frustra nati dici possimus. Explicari hæc possum latius.

III. Pars.

Mox omnibus moriendum, inquit Psaltes. Et nemo est, qui possit effugere mortem, aut manum inferni, hoc est sepulchri. Inferni enim vox (in Heb. Scheol) his locis omnibus pro sepulcro accipitur, ut supra tæpe dictum in Psalmis Hoc argumento (quod idem est cū primo) Deum vult exorare, ut parcat ipsi & omnibus bonis, quia mox moriendum. Et mors nemini parcat, &c.

Lo e vs. De hoc utinam cogitaremus sapientius. Inuenies, robusti, & quisunt copore valide & vegeto, aliquie

N 5

(qui,

(Quibus amara recordatio , Syr. 41 . & ingrata est mentio mortis) ut magnates , diuites , raro aut nunquam cogitant , quod ipsi etiam communis legem mortalium tenentur . Putant tantum senes , ægros , morbos , pallentes & pauperes atque cæteros morituros , se vero non item . At via est omnis carnis , Jof. 23. v. 14 . 1. Reg. 2. v. 2 omnibus constitutum mori , Hebr. 9 . Et quis animam , hoc est , vitam suam redimet ? Nec formosus Absolon , nec robustus Samson , nec sapiens Salomon , nec piissimus Josias , &c.

A D M O N I T I O est pro securis . Respic finem , & non peccabis , Syr. 7. v. 40 . Memento mori , Syr. 38. v. 23 . Mors tollit cum paupere Regem . Æquo pulsat pede regum turres , &c.

C O N S O L A T I O pro miseris . Non ipsi soli morientur , sed & alii . Vide Hiob. 21. v. 26 .

Accedit & hæc **C O N S O L A T I O** , non timendos quosquis tyrannos & impios persequatores , cum sint mortales , Esai. 51. v. 12 .

F I N I S.

T H E M A L X I I .

Psalmus integer 90 .

Oratio Mosis viri Dei.

N O T A . Quamuis prolixior sit hic Psalmus , multa de morte & adiunctis continens , tamen quia plures verbi huius Psalmi , alibi passim peculiares suas habent Dispositiones , hoc loco totus Psalmus , yna Dispositione explicatus est . Plures tamen , qui vult , inde extruere poterit conciunculas .

D I S P A S I T I O Psalmi 90 .

Insignis est hic Psalmus , & recte Psalmus funebris dici potest : eo quod de brevi vita hominis , de morte & eius causa , cæterisque morti adiacentibus , & eiusmodi rebus ,